BRESLAUER PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER

PROFESSOR DER CLASSISCHEN ALTERTUMSWISSENSCHAFT AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU

NEUNTER BAND

DRITTES HEFT

DE EPICURI VOCABULIS AB OPTIMA ATTHIDE ALIENIS

SCRIPSIT

PAULUS LINDE

BRESLAU
VERLAG VON M. & H. MARCUS
1906

BRESLAUER PHILOLOGISCHE ABHANDLUNGEN

HERAUSGEGEBEN

VON

RICHARD FÖRSTER

PROFESSOR DER CLASSISCHEN ALTERTUMSWISSENSCHAFT AN DER UNIVERSITÄT BRESLAU

NEUNTER BAND

DRITTES HEFT

DE EPICURI VOCABULIS AB OPTIMA ATTHIDE ALIENIS

SCRIPSIT

PAULUS LINDE

BRESLAU

VERLAG VON M. & H. MARCUS

1906

DE EPICURI VOCABULIS AB OPTIMA ATTHIDE ALIENIS

SCRIPSIT

PAULUS LINDE

VRATISLAVIAE
M. ET H. MARCUS
MCMVI

RICCARDO FOERSTER

EDUARDO NORDEN

sacrum

Πολλὰς γὰρ εἴληφε μεταβολὰς ἡ τῶν Ἀθηναίων διάλεκτος.
Galen. VIII 584 K.

Epicuri copiam verborum nemo adhuc peculiari dissertatione tractavit, Eduardus Norden obiter tetigit (Kunstprosa I p. 123 sq.). Neque tamen si quis veterum de illius dicendi genere testimonia[1]) cognoverit, de eius vocabulorum supellectile uberius quaerere supervacaneum existimabit. Cuius operis triplicem percepturi esse fructum videmur: primum enim spero studia lexicographiae Graecae nonnihil commodi captura esse, deinde aliqua subsidia praebebuntur interpretationi philosophi, cuius epistulam Herodoteam iuxta Theophrasti fragmenta metaphysica longe difficillimam esse periti norunt, denique, id quod summo labore dignum esse duxi, nonnulla ad quaestionem de communi Graecorum sermone promovendam conferre conabor.

Atque ita quidem rem institui, ut omnia vocabula quae in fragmentis nobis ad verbum traditis exstant, examinarem atque ea quae ab optima Atthide aliena sunt, hoc in opusculo congererem.

Perquisivi autem haec Epicuri fragmenta:

Epicurea ed. Usener, Lipsiae 1887.

Epikureische Spruchsammlung ed. Usener et Wotke in Stud. Vindob. X (1888) p. 175 sq.

Epikureische Spruchsammlung II ed. idem ibidem XII (1890) p. 1 sq.

Epikureische Schriften auf Stein: idem in Mus. Rhen. vol. 47, 412 sq. (ubi editur praeter alia Epicuri ad matrem epistula).

Quae fragmenta praebuerunt copiam a me sic dispositam:

---

[1]) Epicurea ed. Usener p. 88 sq.

A. Vocabula, quae a scriptoribus pure Atticis vitantur.

I. Ante Epicurum leguntur:
  1. apud poetas:
    a) apud eos solos;
    b) in Ionum quoque (aliorumque interdum) oratione pedestri;
    c) in poesi et in aliorum (praeter Iones) oratione pedestri;
  2. in oratione pedestri tantum:
    a) Ionum:
      α. Ionum tantum;
      β. Ionum aliorumque.
    b) aliorum praeter Iones:
      α. Xenophontis;
      β. Aristotelis et Theophrasti.

II. Ante Epicurum non exstant:
  1. post eum:
    a) usque ad Plutarchi tempora;
    b) postea demum;
  2. ne post Epicurum quidem.

B. Vocabula, quae apud Epicurum primum novam induerunt notionem.

Qui scriptores vel libri pro norma purae Atticorum dialecti habendi sint, nemini ignotum erit, qui Georgii Kaibel observationes ut breves ita elegantes in libro cui inscripsit: Stil und Text der Ἀθηναίων πολιτεία des Aristoteles Berol. 1893, vel Alberti Thumb die griechische Sprache im Zeitalter des Hellenismus Argent. 1901 diligenter perlegerit.

Quid autem κοινή quam aiunt sit, hoc loco non disputabo, quia origo illius sermonis ac natura ipso nostro qualicumque confecto opusculo rectius intellegetur; equidem id tenendum esse censeo quod olim Wilamowitzius (Ztschr. f. Gymn.-W. 1884, p. 106 sq.), acri usus iudicio primus breviter statuit, κοινήν esse dialectum atticam colore ionico infuscatam, quam opinionem plerosque nunc comprobare video, e quibus nominandi sunt:

G. Kaibel (l. l. p. 36 sq.), Hatzidakis, Einleitung in die neugriech. Sprache 1892 (p. 172 sq. et passim), Schweizer, Grammatik

der pergamenischen Inschriften 1898 (p. 14—33), A. Thumb (l. l. passim); de ceteris v. Witkowski in Burs. Jahresbericht 1904 p. 153 sq.

Restat, ut de subsidiis ad verborum locos cognoscendos appositis disseram:

Consentaneum est me primum lexica usu trita, Stephani, Passovii[1]), Papii, Sophoclis adisse nec non Herwerdeni lexicon Graecum supplet. et dialecticum 1902 (cum appendice 1904) et Kumanudis[2]) συναγωγὴν λέξεων ἀθησαυρίστων .... Ἀθήνησιν 1883.

Quibus addidi si quae sunt edita singulorum lexica auctorum, quorum e numero haec nomino: Schweighaeuseri in Herodotum, Sturzii in Xenophontem, Esseni indicem Thucydideum[3]), Astii lex. Platonicum, Reiskii-Mitchelli in oratores Atticos, Preussii indicem Isocrateum et Demosthenicum, Reinholdi in Hyperidem (ed.[3] Blass), Bonitzii ind. Aristotelicum, indices in Theophrasti editione Schneideriana, Hercheri in Aeneam tacticum, Schweighaeuseri lex. Polybianum, Wyttenbachii indicem ad Plutarchum, aliorum indices, quos singillatim afferre longum est. Quod attinet ad Hippocratem, primum Foesii oeconomiam Hippocraticam inspexi, tum cum ille minus quam speraveram praeberet, omnes corporis Hippocratici libros praeter epistulas ipse perlegi neque exiguum percepi fructum (cf. κίνημα, κοίλωμα, λαμπηδών, λιτός, κοπιάω, διεκπίπτω). Neque silentio praeterire volo Iacobii Comicae dictionis indicem, Hatch-Redpath A Concordance to the Septuagint.... Oxon. 1897, Grimmii Lexicon Graeco-Latinum in libros Novi Testamenti Lips.[3] 1888. Praeterea fragmenta et Chrysippi et eorum qui fuere ante Socratem philosophorum, praestantissimis nunc edita collectionibus, sedulo perspexi.

Papyros quoque et titulos neglegere nolui, quorum has adhibui collectiones:

1. Papyri Graeci mus. antiquarii publici Lugduni-Batavi I 1843. II 1885 ed. Leemans = Pap. Leem.
2. Papiri Greco-Egizi ... da Petrettini, Vindob. 1826.
3. Greek Papyri in the British Museum ed. Kenyon vol. I et II. = Pap. Br. Mus.

---

[1]) Cf. etiam Alex. Weiske, Bemerkungen zu dem Handwörterbuch der gr. Spr., begründet von Fr. Passow, Lipsiae 1898.

[2]) Συναγωγὴν λέξεων νέων ὑπὸ τῶν λογίων πλασθεισῶν quae Athenis anno 1900 prodiit, adhibere mihi non licuit.

[3]) Lexicon Betantii mihi non in manibus fuit.

4. The Oxyrhynchos Papyri ed. Grenfell et Hunt vol. I, II, III IV (a. 1898 sq.) = Pap. Ox.
5. The Flinders Petrie Papyri ed. Mahaffy vol. I 1891, vol. II 1893.
6. Notices et Textes des Papyrus Grecs du Musée du Louvre ... in: Notices et extraits des manuscrits de la bibliothèque impériale ... tom. XVIII, 2, 1858 (ed. Brunet de Presle) = Pap. Paris.
7. Aegyptische Urkunden aus dem Berliner Kgl. Museum ed. Wilcken aliique Berolini inde ab a. 1892, vol. I—III, IV fasc. 1, 2. = Pap. Berol.
8. Corpus Papyrorum Raineri ed. Wessely 1896 (I).
9. Griechische Zauberpapyrus ... ed. Wessely (Denkschr. d. Kaiserl. Akad. d. Wissensch. in Wien, phil.-hist. Classe, 1888 et 1893).

Neque minoris momenti quam papyri mihi videbantur tituli:

1. Inscriptiones graecae = I. G.
2. Corpus Inscriptionum Graecarum = C. I.
3. Collitz-Bechtel, Sammlung der griechischen Dialectinschriften, 1884 sq.
4. Bechtel, die Inschriften des ionischen Dialects (= Abh. der kgl. Ges. d. Wiss. zu Goettingen 1887), quorum titulorum indicem confecit Fuochi, Studi ital. di fil. classica II, 1894.
5. M. Letronne, Recueil des inscriptions grecques et latines de l'Égypte 1842—1848 (vol. I, II).
6. M. Fraenkel, die Inschriften von Pergamon, vol. I, 1890 = Inscr. Perg.
7. Kaibel, epigrammata gr. ex lapidibus collecta, Berolini 1878 = Kaib. epigr.
8. Dittenberger, Sylloge inscriptionum Graecarum.
9. eiusdem Orientis Graeci inscriptiones selectae, duo voll. 1905. = Ditt. orient. insc.

Reliqui libri, quos rarius adhibui, suo quisque nominabuntur loco.

Fuit tempus, cum homines etiam doctissimi mirarentur in libris auctorum posteriorum tantam inveniri vocabulorum copiam quibus antea poetae soli uterentur. Atque tum id genus vocabulorum ex poetis sumptum esse iudicaverunt. Qua de re quod nos

aliter statuimus, Wilamowitzii imprimis debemus studiis, qui eiusmodi voces communis Graecorum recentiorum sermonis esse censuit, in quem ex Ionum maxime dialecto irrepsissent. Sed de huius opinionis veritate tum demum iam non dubitabitur — video enim falso dubitare Guilelmum Schmid, qui opus de Atticismo confecit — cum Hippocratis, Aristotelis, Theophrasti, aliorum genus dicendi diligenter perquisitum erit.

Atque Eduardum Norden audio discipulis auctorem fore, si hoc opusculum peritis probatum erit, ut de compluribus eiusdem fere aetatis scriptoribus, veluti de eis libris, qui vel Platonis vel Demosthenis nomine falso feruntur, hunc in modum quaerant. Quod cum non solum ad linguae communis originem cognoscendam utile sit, sed etiam, ut genuini libri a spuriis secernantur magni sit momenti (cf. ταρβέω, συγγενικός, παραζεύγνυμι al.), prospere ut eveniat nemo magis optat quam auctor, qui ipse Chrysippi copiam verborum similiter perquirere in animo habet. Tamen etiam Epicurus hunc in modum acri castigatus examine nonnihil ad quaestionem illam promovendam mea quidem sententia valebit. Consideremus igitur primum quae vocabula Epicuri ante eum apud poetas tantum obvia sint.

A I 1a.

Δι-αθρέω Us. Ep. p. 3, 4 μείζους.. βύβλους διαθρεῖν] ante Epicurum tantum legitur Eur. frg. 102, 2 συμφορὰς τὰς τῶν πέλας πάντες διαθρεῖν; frg. trag. adesp. 26, 2; Aristoph. Equ. 543 [1])* τοὺς ἀνέμους διαθρῆσαι; Nub. 700* φρόντιζε δὴ καὶ διάθρει; Thesm. 658* τὰς διόδους διαθρῆσαι; cum tamen inveniatur etiam in LXX interpretum versione Pentateuchi Num. 23, 10 nec non apud Diodorum, Aelianum, alios, id ex Euripide vel Aristophane decerptum esse negabimus.

Similis est condicio vocabulorum horum:

Κατα-ξαίνω Stud. Vindob. X 195, 17 ὅταν.. μήτε τὴν σάρκα καταξαίνῃς.

Proprie dictum: Hippocr. saepe εἴρια κατεξασμένα, Plat. com. apud Pollucem 7, 30 (frg. II 693, 52 M.; 245 ed. Kock).

---

[1]) Numeri sunt editionis Bergkianae alterius Lips. 1884; *asterisco significantur loci lyrici.

Translate, ut Epicurus, Aesch. Ag. 196 [1]* κατέξαινον ἄνθος Ἀργείων Soph. Ai. 728 πέτροισι πᾶς καταξανθείς; Eur. Med. 1017 κατεξάνθην πόνοις, idem saepius, Aristoph. Ach. 320* μὴ οὐ καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον εἰς φοινικίδα.

In communi sermone: Parthen. 32, 11 de amantibus — VT Iudith 8, 7 καταξανῶ τὰς σάρκας ὑμῶν ἐν ταῖς ἀκάνθαις et 8, 16 — Diod. 5, 38 alii.

Καταστροφή pro θάνατος *mors* 79, 7 μέχρι γὰρ καταστροφῆς ἄδηλον = Stud. Vind. X 191, 17. Similiter Soph. Oed. C. 103 (Dind.) βίου .. πέρασιν .. καὶ καταστροφήν — Thucydides loco poetico in oratione funebri Periclis 2, 42 ἡ νῦν τῶνδε καταστροφή.

In sermone recentiore:

Polyb. 2, 10, 5. 3, 19, 10 — VT Macc. 1, 2, 49. 3, 44, alibi. Cuius notionis usus amplior vel ex eo apparet, quod Antiatticista in Bekkeri Anecd. Gr. 104, 22 eam tueri conatur: καταστροφὴν ἐπὶ τελευτῆς.

Cf. καταστρέφειν *mori* Epic. 61, 18; προκαταστρέφειν 77, 5; προκαταστροφή *mors praematura* 81, 7.

Ματάζω 22, 5 (cf. apparatum criticum) οἱ λέγοντες ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν ματάζουσιν.]

Apud poetas: Aesch. Ag. 984*, Soph. Oed. R. 891*.

Apud posteros: Philonem I 178, 7 ed. Cohn, Iosephum B. I. 6, 2, 10, alios.

† [2])Ὀγκόω 41, 15 ταῦτ' ὀγκοῖ ματαίως translate usurpatum sicut apud poetas.

Soph. frg. 856, 2 N οἶκος .. ὀγκωθεὶς χλιδῇ; Eur. Heracl. 195; Androm. 319 βίοτον ὤγκωσας μέγαν et saepe apud eundem e. g. frg. 825, 2; Aristoph. Vesp. 1024 οὐδ' ὀγκῶσαι τὸ φρόνημα; Ran. 703 (in choris); Xenoph. comm. 1, 2, 25 loco poetico.

Raro apud recentiores: Plut. conv. 1, 2, 3, [Longin.] περὶ ὕψους 28 ὤγκωσε τὴν νόησιν.

Proprie dictum: Hippocr. de artic. 14 II 136, 20 ed. Kuehlewein = IV 122 L (ἐξ-ογκοῦν) — [Aristot.] probl. 24, 7. p. 936 b 11 — Babr. 86, 3.

Πάραυτα 283, 9 pro παραυτίκα ut poetarum (Aesch. Ag. 738),

---

[1]) Numeri sunt editionis Wecklinianae.

[2]) De cruce cf. p. 8 not. 2.

ita communis sermonis: Polyb. 10, 15, 4 — Pap. Ox. I 120 vers. 2 — Pap. Br. Mus. I 90, 195 = Wessely pap. 121 v. 195, alibi — Pap. Berol. III 950, 7.

Rarius a posteris atque ita, ut num sermonis cotidiani propria vocabula fuerint dubitemus, usurpantur haec:

βρυάζω τῷ κατὰ τὸ σωμάτιον ἥδει 156, 4; 337, 24 (cf. Suidam βρυάζει· εὐφραίνεται).

frg. trag. adesp. 1 βρυαζούσης (?) λεαίνης[1] — Cratini loco corrupto poetici ut videtur coloris 2, 20 Mein. = 9 Kock.

Timoth. frg. 7 Wilam.

E prosae orationis auctoribus habent Duris (Schol. Eur. Hec. 915) et Synesius.

ἡ φιλία περιχορεύει τὴν οἰκουμένην κηρύττουσα .. Stud. Vind. X, 195, 21 loco poetico. Similiter Lucianus imag. 9 — Clem. Alex. protr. 2, 17 — Libanius IV, 1070, 23 R. Primum legitur apud Euripidem (Phoen. 320).

ταρβέω 62, 17 ὅπως μήτε ἀλγῶμεν μήτε ταρβῶμεν.

Verbum apud poetas frequens in Cypriorum[2]) ore erat: cf. Glossarium inscriptum ποῖαι γλῶσσαι κατὰ πόλεις cod. Urbinatis gr. 157 fol. 276 Κυπρίων ταρβεῖ. φοβεῖται (cf. Bekk. Anecd. p. 1095). [Plat.] Ax. 370 A — Plut. Ant. 39, 4.

De nonnullis vocabulis non dubito quin Epicurus ea ut ornamenta poetica adhibuerit, velut ἱμερτός 158, 28 τὴν ἱμερτὴν καὶ ἰσόθεόν σου εἴσοδον; οὐρανομήκης 156, 23 οὐρανομήκη σημεῖα ἐνδέδειχθε].

Her. 2, 138 — Isocr. 15, 134 (nota eam orationem ab Isocrate sene conscriptam esse) — Aristot. rhet. 3, 7 p. 1408 b 13 συγγνώμη γὰρ ὀργιζομένῳ κακὸν φάναι οὐρανόμηκες ἢ πελώριον εἰπεῖν. — Lib. or. XI § 202 t. I 506, 13 ed. Foerster ἱερὸν οὐρανόμηκες.

A I 1b.

Sunt alia vocabula, quae ut a scriptoribus vere Atticis vitantur, ita apud poetas et apud Iones hic illic leguntur. Eorum

---

[1]) Servatum ab Hesychio: βρυαζούσης λεαίνης ἐν Ἀθάμαντι. ἀκμαζούσης ἢ ἐγκύμονος (*Aeschyli Athamas dici videtur:* Nauck.)

[2]) Ne Boeoti quidem voce carebant: cf. Herodianum II 930, 5 Βοιωτοὶ δὲ τάρβειμι (φασίν).

certe non exigua pars Ionicam originem prae se fert, attamen certi aliquid statuere in praesens nondum audeo.

Atque praemitto tria, quae a verbis Atticis praepositione tantum praefixa differunt:

ἐ ξ - α κ ρ ι β ό ω [1]) quod Epicurus in deliciis habet cf. 3, 3. 4, 8. 22, 12. 27, 2. 28, 16. 31, 17; 20 al.] Soph. Trach. 426 ταὐτὸ δ'οὐχὶ γίγνεται/δόκησιν εἰπεῖν κἀξακριβῶσαι λόγον — Hippocr. prorrhet. IX 8 ἐξηκριβῶσθαι . . πάντες οἱ τρόποι λέγονται τῶν προῤῥησίων. —

Apud recentiores:

Aristot. Eth. Nic. 1, 12. p. 1101 b 34 et bis praeterea, Theophr. H. Pl. 9, 16, 6; Polyb. 2, 56. 4; VT Dan. 7, 19, alibi.

† [2]) Κ α τ α - ῥ - ῥ έ π ω 41, 15 μὴ καταῤῥέπῃ ἄλλοτε ἄλλως ἐπὶ τὸν μοναχὸν τρόπον . .]

Soph. Ant. 1158 τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταῤῥέπει τὸν εὐτυχοῦντα. ubi alteri editores καταῤῥέπειν codicum corrigunt, alteri verbum transitive usurpatum esse annotant.

In sermone pedestri

a) Ionico: Hippocr. de artic. 43 II 168, 9 K = IV 184 L τὰ ἀκρώμια καταῤῥέποντα. —

b) communi: epistula Eumenis II (Ditt. Orient. inscr. 351, 51): πάντες κατέῤῥεπον εἰς τὴν αὐτὴν ἡμῖν γνώμην; Polyb. 6, 10, 7.

π ε ρ ι - κ υ κ λ ό ω 53, 20 τὰ δὲ τὴν αὐτὴν δίνην περικυκλοῦντα].

Aristoph. in choro Av. 346 πτέρυγά τε παντᾶ ἐπίβαλε περί τε κύκλωσαι.

Her. 8, 78 et ex recentioris auctoribus sermonis, inter quos Xenophon quoque numerandus est (cf. Rutherford Phryn. p. 160 sq.):

Xen. An. 6, 3, 11 — Aristot. H. An. 4, 8 p. 533 b 11 — VT Gen. 19, 4; Exod. 36, 20 [3]).

Accedit Pap. Br. Mus. II 325. 328 et περικυκλόνω Graecorum nostrae aetatis.

---

[1]) De tragicorum more quo multis verbis ἐκ-praefigunt cf. Wilamowitz Eurip. Heracles² II pag. 41 sq., cui cum dicit p. 42: ‚Alkaios und Anakreon zeigen nichts dergleichen' assentiri nequeo, cf. ἐκ-χαυνοῦν Alc. frg. 60, 2 Hiller⁴.

[2]) Cruce significavi locos ex Epicuri epistula II sumptos, quam Usener p. XXXIX ex Epicuri περὶ φύσεως libris compilatam dicit.

[3]) Cf. Anz, subsidia ad cognoscendum Graecorum sermonem vulgarem e Pentateuchi versione Alex. repet.-Diss. phil. Hal. XII (1891) p. 312 sq..

Cetera exempla haec sunt: a. verba:

Βαρέω pro βαρύνω Epicurus in epistula ad matrem Oenoandis lapidi incisa 12 B 9 = Mus. Rh. 47, 428 οὐκ οὖν ἑκάτερον ὑμῶν ἰδίᾳ δεῖ βαρεῖσθαι δι' ἡμᾶς.]

De quo verbo audias primum Thomam Mag. p. 62, 15 R: βαρύνειν χρήσιμον, βαρεῖν δὲ ἄχρηστον παρὰ τοῖς δοκιμωτάτοις τῶν παλαιῶν. Exstat autem:

Hom. γ 139; τ 122, in novo Sapphus fragmento Berolinensi col. II v. 15 (cf. Blass, Herm. XXXVII p. 475) βάρηται i. e. βαρεῖ. Hippocr. de morbis IV 49; VII 578 L. βαρέεται — Plat. loco poetico Conv. 203 B τὸν τοῦ Διὸς κῆπον εἰσελθὼν βεβαρημένος ηὗδεν. —

In communi sermone frequentissimum verbum fuisse docent haec testimonia:

VT Ex. 7, 14; Paul. ep. ad Cor. II 1, 8 aliaque in Novo Testamento, titulus anni 174 p. Chr. CI 5853, 13 = Inscr. It. et Sic. 221, 15, usus Graecorum hodiernorum (cf. Hatzidakis l. l. p. 396), aliaque permulta, de quibus vide Anzium l. l. p. 266, qui de forma frequenti βεβαρημένος plura dicit.

Κοπιάω 59, 3 μηδὲ γέρων . . κοπιάτω φιλοσοφῶν] Probe Atticum fuit κάμνειν cum participio coniunctum.

Loci sunt hi: Aristoph. Av. 734 ὥστε παρέσται κοπιᾶν ὑμῖν/ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν (in choro); Thesm. 795 κἂν καταδάρθωμεν ἐν ἀλλοτρίων παίζουσαι καὶ κοπιῶσαι (in parabasi) et in duobus eius fragmentis.

Κοπιῶ τὰ σκέλη dicit Alexis 3, 451 M = 147 K neque Menander voce caret.

In sermone pedestri:

Hipp. de victu sal. 7 VI 82 L ὁκόσοι κοπιῶσιν ἐκ τῶν δρόμων, ibidem τῷ κοπιῶντι, de victu II 66 VI 582 L (bis), de locis 10 VI 294 L, de affect. internis 50 VII 294.

Aristot. H. Anim. 9, 26 p. 605 a 30 et saepius.

VT Sir. 40, 31 δραμοῦνται καὶ οὐ κοπιάσουσι; ibidem 49, 4; in NT saepissime, ut ev. Io. 4, 6, et apud posteriores.

Accedunt titulus Inscr. Sic. et It. 1811 Λογγίνῳ κοπιάσαντι i. e. defuncto, et mag. papyrus Parisina v. 1766 (Wessely p. 88).

Χαυνόω 306, 18 ἡ ταπεινὴ ψυχὴ τοῖς . . εὐημερήμασιν ἐχαυνώθη.

Simili modo translate usurpatum ab Alcaeo frg. 60, 2 ed. Hiller[4]: ἐκ δὲ παίδων χαύνοις φρένας cum ἐκ-in tmesi, ab Euripide

Andr. 931 τούσδ' ἐχαύνωσαν λόγους, ab Hippocrate de artic. 42 II 167, 11 K=IV 182 L ἐκ-χαυνοῦν τὸν πολὺν ὄχλον.

Plat. loco poetico Lys. 210 E οὕτω χρὴ . . τοῖς παιδικοῖς διαλέγεσθαι ταπεινοῦντα καὶ συστέλλοντα, ἀλλὰ μὴ ὥσπερ σὺ χαυνοῦντα καὶ διαθρύπτοντα.

[Aristot.] de virt. et vit. 7 p. 1251 b 18 χαυνοῦσθαι τιμώμενον μικροψυχίας ἐστίν — Polyb. 6, 57, 7 — Babr. 95, 36 ὁ νοῦς ἐχαυνώθη.

Sensus proprius verbi est apud Ephippum comicum 3, 326 M = 6, 5 K χαυνοῦσ' . . . . .[1]) (τὸ στόμα) et Democritum cf. Aelian. N. A. XII, 17 Δημόκριτος λέγει . . χαυνοῦσθαι . . ὑπὸ τοῦ νότου τὰ σώματα ταῖς κυούσαις (cf. Diels Fragm. der Vorsokratiker p. 398).

b) substantiva:

Εὐθυμία in epistula ad matrem fg. 9, 1 (Mus. Rh. 47, 426) οὐδὲν οὕτως εὐθυμίας ποιητικόν, ubi Usener bene annotavit Epicurum de εὐθυμίῃ Democritea loqui (cf. Diels l. l. p. 440 frg. 191).

Primum legitur apud Pindarum Isthm. 1, 63; Ol. 2, 38, deinde apud [Hippocratem] epid. II, V 126 L; epid. IV, V 252 L et Xenophontem (ter in Cyropaedia).

Etiam Aristoteli, si quidem eius est problema 30, 1 p. 954 a 25, aliisque recentioribus in usu est.

πέμψον μοι τυροῦ

κυθρίδιον scripsit Epicurus in epistula quadam 156, 17, ad quam Usener annotat: *ut ad Ionicum amicum ionica utitur forma*, perbene, sed forma non solum Ionica fuit, sed etiam κοινῆς propria. Cf. Hatzidakis p. 161 qui ut Ioseph. A. I. 8, 3, 6; Clem. Al. paed. 2, 5 alia affert, ita omittit Hippocr. de morb. mul. I 51 VIII 110 L, ubi codex θ Vindobonensis formam κυθρίδιον praebet.

χυτρίδιον exstat Hippocr. VII, 238. 394 L, Aristoph. Ach. 463, 1175; Pac. 202; Eccl. 745 — Alex. com. 3, 494 M = 244 K — [Aristot.] mirab. 141 p. 845 a 5; in papyro magica Lugd. col. 13, 21. 32.

Notes quaeso etiam formam deminutivam. Cf. ἀκάτιον 150, 10. σωμάτιον 156, 4; ἐπιστόλιον 146, 14.

Περιπλοκή. 8, 4 αἱ ἄτομοι . . τῇ περιπλοκῇ κεκλιμέναι 8, 9: vox nota philosophiae atomisticae; cf. Democriti fragm. e. g.

---

[1]) χαυνοῦσ' libri; χανοῦσ' Meinekius et Kockius, non recte mea quidem sententia.

Diels p. 375, 38 et Galen. II 59 K.; primum apud Euripidem Phoen. 495 περιπλοκὰς λόγων.

Antiphan. 3, 41 M = frg. 74, 1 K περιπλοκὰς λίαν ἐρωτᾷς et Strat. com. 4, 546 = frg. 1, 35 K τί οὖν περιπλοκὰς λέγεις; i. e. *ambages*.

Sermonis pedestris auctores vocabulo usi sunt inde ab Aristotele H. An. 5, 4 p. 540 b 4 (de coitu), similiter Polyb. 2, 56, 7 (γυναικῶν), aliter Marcus Anton. 12, 1 ἵνα ἐλευθέρως καὶ χωρὶς περιπλοκῆς λέγῃς et Pap. Ox. III 533, 10 μὴ ἔχωμεν περιπλοκὰς πρὸς τὸν ἀντίδικον.

Huc etiam referendum videtur

† Περίστασις cuius sensus primarius τὸ περιεστηκέναι apparet Epic. 49, 13 διὰ τὴν ... ψυχρασίας περίστασιν, Teleclid. com. 2, 375 M = 35 K δόμων περίστασις; [Aristot.] probl. 2, 29 p. 869 a 21 διὰ τὴν τοῦ ψυχροῦ περίστασιν, paulo aliter VT Ezech. 26, 8 ποιήσει ἐπὶ σὲ κύκλῳ περίστασιν ὅπλων.

A posteris mutatur notio ita ut condicionem, res adversas, calamitatem significet: ut [Hippocr.] praec. 3 IX 254 L πάντα γὰρ τὰ πάθη διὰ πολλὰς περιστάσιας καὶ μεταβολὰς μονῇ τινὶ προσκαθίζει. — apud Epicurum 39, 13 τοιαύτης οὔσης τῆς περιστάσεως; Teletem 40, 1. 41, 7 (= *temporis ratio*) — apud Polybium saepe — Pap. Paris. 367, 164 κατὰ τὴν ὁμοίαν περίστασιν (II. saec. a. Chr.); Pap. Br. Mus. I 30, 21 ἐνβεβλοφέναι εἰς τὴν ἡμετέραν περίστασιν Pap. Paris. 217, 14 (a. 120 a. Chr.) in titulis, ut Ditt. syll.² 529, 2, 7 (Tomis I saec. a. Chr.) διὰ τὰς τῶν καιρῶν περιστάσεις.

De notione calamitatis, quamquam apud Epicurum non reperitur vide Phryn. 376 Lob. (473 Ruth.) περίστασις ἀντὶ τοῦ συμφορὰ τιθέασιν οἱ Στωικοί et Antiatticistam repugnantem (Bekk. Anecd. 112).

Cf. Inscr. Graec. II 1, 628 διὰ τὴν κοινὴν περίστασιν (cladem Sullanam).

Vocabulum † Πρηστήρ (Epic. 47, 7) cum nusquam fere in communi sermone occurrat — nam pap. mag. Paris. v. 1159 τοὺς πρηστῆρας ἀνάγων, v. 3059 ὁρκίζω σε τὸν τῶν γιγάντων τοῖς πρηστῆρσι καταφλέξαντα poetici coloris videntur — breviter tango: cf. Hes. Th. 846; Eur. frg. 384, 3. 1, 3, 1; Aristoph. Lys. 974 (in choro); Heraclitum frg. 31; Xenoph. Hell. Aristot. meteor. 1, p. 1339 a 4 Theophr. frg. 5, 53, Aelianum, Plutarchum.

Πρόσοψις Stud. Vind. X 192, 24 ἀφαιρουμένης προσόψεως ... ἐκλύεται τὸ ἐρωτικὸν πάθος.].

Apud poetas: Pindarum Pyth. 4, 29; Soph. El. 1286* φιλτάταν ἔχων πρόσοψιν; Ai. 70; Eur. Andr. 685 ἐς πρόσοψιν τῆς ἐμῆς ἐλθὼν / γυναικός.

In sermone pedestri

a) Ionico [Hippocr.] epid. V, V 208 οἰόνπερ λέπρη τὴν πρόσοψιν.

b) recentiorum: VT Dan. 2, 31 (bis) πρόσοψις τῆς εἰκόνος φοβερά; Macc. 2, 6, 18.

C. I. add. 3846 l. 60, 4530.

Falso afferri videntur loci Thuc. 2, 89. 4, 29 cf. Krueger ad hunc locum.

† Ῥῆξις 44, 16 tonitrus fieri κατὰ ῥῆξιν . . νεφῶν].

Alc. frg. 149 Bergk.[4] Eur. Phoen. 1256: ἐμπύρους τ' ἀκμὰς | ῥήξεις τ' ἐνώμων . .

saepissime apud Hippocratem, velut progn. I 84, 11 K = II 126 L αἵματος ῥῆξιν διὰ ῥινῶν; aphor. IV 530 φλεβίου ῥῆξιν. Cf. etiam Aristot. de gen. an. 4, 4 p. 773 a 19; Theophr. frg. 3, 17; auctorem περὶ κόσμου 4 p. 394 b 17; Plutarchum. Alii permulti ῥῆγμα praeferunt.

† Ὑγρασία 50, 2. 9. Vocabula in ασία, velut θερμασία pro θερμότης (cf. infra s. v.), ψυχρασία pro ψυχρότης (cf. infra s. v.), ut Ionicae originis[1]), ita frequentia in κοινῇ ideoque ab Atticistis damnantur. Cf. quae de θερμασία dicemus et Hatzidakis l. l. 287.

Anaximander θάλασσαν dixit εἶναι τῆς πρώτης ὑγρασίας λείψανον (Diels Vorsokr. p. 20). Creberrima est vox apud Hippocratem, ut aphor. IV 552 L; de flatibus 12 VI 108.

Habent etiam Alexis comicus 3, 440 M (= 124 K) atque quinque locis Aristoteles, Theophr. H. Pl. 3, 13, 2. 6; C. Pl. 5, 11, 2; VT Ezech. 7, 17; Diodorus aliique.

c) adiectiva:

† Ἀραιός 37, 9 exstat quidem in additamento ab Usenero infra textum posito, sed Epicuro talis vocis usus vindicandus est propterea quod ipse 49, 14 ἀραιότης habet et quia ἀραιός apud omnes fere philosophos Ionicos, e quibus nostrum pendere constat, occurrit, cum mundi creationem describunt; cf. Anaxim. frg. 1; Empedocl. frg. 104 καὶ καθ' ὅσον ἀραιότατα ξυνέκυρσε πεσόντα, Melissum frg. 7 e. q. s.

---

[1]) Apud Hippocratem ingens est multitudo vocum in -ασίη, e. g. ξηρασίη φλεγμασίη, ἰσχνασίη, θερμασίη.

Propter locos Homeri, Hippocratis de vet. med. I 27, 2 K= I 626 L; epid. I 204, 18 K = III 688 L permultos alios apud eundem, philosophorum quos supra attuli, vocem ionicae originis esse arbitror, praesertim cum Attici usus nulla exstent vestigia. Nam Xenophon (rep. Lac. 11, 6) id ex Iade sumpsisse mihi cum aliis videtur; cf. Rutherf. Phryn. p. 166, Thumb l. l. p. 215.

E reliquis habent Aristoteles (cf. Bonitz s. v.), Chrysippus II 222, 23, Lucianus, Babrius 108, 6. Vivit vox etiam in sermone neograeco: ἀριά adv. (Thumb p. 215)[1]).

Εὐσταθής proprium Epicuri, e. g. 121, 34: τὸ ... εὐσταθὲς σαρκὸς κατάστημα, vituperatum ab Atticistis Phryn. p. 238 L, 347 R; Thom. M. p. 110, 8 neque immerito: exstat enim in sermone pedestri: Hippocr. epid. I 181, 13 K = II 600 L; aphor. IV 488 L εὐσταθέες νοῦσοι apud Democritum frg. 191 αἱ δ' ἐκ μεγάλων διαστημάτων κινούμεναι τῶν ψυχῶν οὔτε εὐσταθέες.. οὔτε εὔθυμοι. Hoc quoque in vocabulo adhibendo Epicurum a Democrito pendere apparet neque recte Rutherfordius Phryn. 347: *Epicurus re-introduced the words* (scil. εὐσταθής et εὐστάθεια) *and his example was followed by subsequent writers.* Primum enim virum illum doctum fugerat locus Democriteus; tum explicari non poterit, quomodo homines illiterati qui Veteris Testamenti Es. 3, 13; Sir. 26, 18 interpretati sunt vel is qui epigramma Kaib. 393, 1 fecit, illam vocem ex Epicuro depromere potuerint. Sed appono reliqua testimonia:

Hom. σ 374 μέγαρον; ψ 178 θάλαμος proprie, ut Kaib. ep. 618, 7 ἅρμα.

Dionis H. — Philonis — Procopii 117, 4[2]).

Ὁλοσχερής 3, 5 κατασχεῖν τῶν ὁλοσχερωτάτων (cf. Useneri annotationem) δοξῶν; 4, 1 τῶν ὁλοσχερωτάτων τύπων. Vocabulum ab Atticistis damnatum est, id quod elucet e verbis Antiatticistae in Bekk. Anecd. p. 110 ὁλοσχερῶς Δίφιλος. Adiectivi usus incipit a Sophocle (frg. 1026, 4 N) et Hippocrate de alimento 26 IX 106 L

---

[1]) Aquila in interpretatione VTi duobus locis ἀραιός pro ταπεινός LXX interpretum posuit: Psalm. 81, 3; Prov. 10, 15.

[2]) Cf. Luigi Galante, Studi sull'Atticismo II. L'Atticismo di Procopio di Gaza, Firenze 1904 p. 117, qui in eo errat, quod vocabulum inter bona Attica numerat.

αἷμα ὁλοσχερές = *integrum*. Eiusdem temporis est titulus apud Bechtelium, Ion. Inschr. no. 43, 9 = Ditt. syll.² 468.

Frequens est apud posteros: Theophr. H. Pl. 3, 18, 5 τῷ δὲ σχήματι τὸ ὁλοσχερές..— [Theocritum] 25, 210 βάκτρον.. ὁλοσχερὲς ἔσπασα — Polyb. 2, 15, 3 ἡ ὁλοσχερεστάτη χορηγία (*praecipua pars commeatus*) et persaepe, alios.

His litterarum testimoniis magna papyrorum et titulorum addi potest copia: Pap. Paris. 364, 81 ὁλοσχερέστερον ἐπεσταλκέναι (2. saec. a. C.); C. I. I 1770, 4 ὁλο[σχερ]ῶς in edicto Flaminini cos. (2. s. a. C.)[1].

Inscr. Perg. 163 B col. II, 7 (aetatis Eumenis II) τὰ μὲν ὁλοσχερῆ („*die allgemeinen Gesichtspunkte*", Fraenkel); C. I. III 4717, 20 (— ῶς) Aegypt. tit. primi saec. a. C., Pap. Berol. I 86,24 ὁλοσχερὴς ἐξουσία; Pap. Br. Mus. II 220.

Neque omittam locos VTi Ez. 22, 50; Macc. 2, 5, 31.

Π ρ ο σ ε μ φ ε ρ ή ς 19, 18 ἡ ψυχὴ σῶμά ἐστι λεπτομερὲς... προσεμφερέστατον δὲ πνεύματι; 20, 1 προσεμφερές.]

Eur. frg. 382, 13 — Agath. 4, 3; Theodect. frg. 6, 4; frg. trag. adespot. 117.

Pollux 9, 130 etiam Aristophani vocem tribuit (frg. 2,1136 M = 460 K).

Herodotus 4, 2, Xenophon Conv. 4, 19, Aristoteles tribus locis, Theophrastus decies usurpant illud vocabulum, quod post eos ex ore hominum evanuisse videtur. Non ita

Π ρ ο σ η ν ή ς. λεῖα καὶ προσηνῆ κινήματα τῆς σαρκός Epicurus voluptates dixit (279, 22 alibi quoque).

In poesi:

Anacr. frg. 12 ed Hiller⁴: οὐ δηὖτ' ἔμπεδός εἰμι οὐδ' ἀστοῖσι προσηνής.

Pind. Pyth. 3, 52 — Emped. frg. 130 ed. Diels: ἦσαν δὲ κτίλα πάντα καὶ ἀνθρώποισι προσηνῆ — Serap. frg. trag. 1, 2 — Menand. 4, 251 = 584 K.

In sermone pedestri:

Her. 2, 94 — Hippocr. I. 113, 22 K = II 244 L; I 120, 4 K = II 272 L; II 227, 20 = IV 294 ἱμάντι... ἰσχυρῷ, προσηνεῖ et saepissime.

[1]) Cf. P. Viereck, Sermo Graecus quo senatus populusque Rom.... usi sunt, Gott. 1888 p. 75.

Ex Atticis unus Thucydides (6, 77 in oratione) nominandus est;

e recentioribus: Teles 20, 3 — [Aristoteles] physiogn. 5 p. 809 a 31 — Marcus Antoninus 5, 9 — Lucianus — Libanius, alii;

e titulis: Inscr. Perg. 167, 11 (a. 165 a. C.); CI 6306 = Kaib. epigr. 610, 2; CI add. 2113 c = Kaib. 538, alii.

Λ ι τ ό ς (Epic. 63, 12 λιτοὶ χυλοί) quoque huc referendum est. Quanquam enim in Ionum sermone pedestri non prius quam apud auctorem recentiorem libri de honestate, qui in corpore Hippocratico servatur, exstat, tamen λιτότης iam a Democrito dictum est: frg. 274 καλὸν . . κόσμου λιτότης.

Atque primum quidem legitur in fragmento Euripidis (327, 3 N): ὅταν δέ τις λιτῶν (λεπτῶν = λειτῶν libri) ἀπ' οἴκων εὖ λέγῃ πένης ἀνήρ, deinde apud Moschionem (frg. 9, 2 N.): Ἄργους δυνάστης λιτὸς ἐκ τυραννικῶν θρόνων.

Similiter Menand. 4, 200 M = frg. 422 K λιτὸν . . χλαμύδιον; 4, 258 = frg. 633 κἀπραξία γὰρ λιτὸν οὐ τρέφει βίον; Dionysius 3, 555 = frg. 7 K — Callimachus h. in Apoll. 1059: ὅς μιν ἴδῃ μέγας οὗτος · ὃς οὐκ ἴδε λιτὸς ἐκεῖνος · ὀψόμεθ', ὦ Ἑκάεργε, καὶ ἐσσόμεθ' οὐκέτι λιτοί; Lav. Pall. 25 λιτὰ . . χρίματα.

In sermone pedestri:

[Hippocr.] de honest. 8 IX 236 παρέξοδος λιτοτέρη; ibidem 228 L ἐστάλθαι λιτῶς (cod. Q, videtur glossa).

Aristot. rhet. 3, 16. p. 1416 b 25 λιτὸς λόγος. — Cynicorum proprium cf. Telet. 9, 13; 32, 18; saepius a Polybio usurpatum, deinde a multis, ut a Iosepho B. I. 5, 5, 7 (ἐσθῆτα . . λιτοτέραν), Epicteto, Plutarcho.

Varia lectio est in LXX VTi interpretatione: Iudic. 11, 3 ἄνδρες λιτοί A (κενοί B). Accedunt titulus Creticus tertii a. C. saeculi Ditt. syll.[2] 463, 116 αἰ δὲ λισσὸς εἴη *si solvere non poterit,* pap. Ox. II 281, 11 ἐπιδεξαμένη αὐτὸν . . λιτὸν παντελῶς ὄντα; sim. ibid. 22.

Cf. etiam Hesychium λιτός · ἁπλοῦς, εὐτελής et λισσούς · δεομένους. De etymologia v. Prellwitz, Wörterb. s. v. λεῖος.

Σ υ γ γ ε ν ι κ ό ς hunc in ordinem redegi, quamquam e numero poetarum unus testis Alexis comicus (3, 397 M = 30.7 K) est: τί τῶν κοινῶν κάτω καὶ συγγενικῶν δύναιτ' ἂν ἄνθρωπον φυγεῖν, ubi notionem eandem quam apud Epicurum 63, 2 ἀγαθὸν πρῶτον καὶ συγγενικόν videmus = σύμφυτον (Plat.) *congenitus.* Simili modo Hippocrates de

umoribus 12 492 L οἱ τρόποι τῶν νούσων, τὰ μὲν συγγενικά . . . τὰ δὲ ἐκ τοῦ σώματος . . [Hipp.] epid. IV, V 174 L. Hipp. epid. III, I 221, 2 K =III 52 L συγγενικὸν φθινῶδες. Nausiphanes dixit frg. 2 τὸ συγγενικὸν τέλος, quem locum magistri Epicurus l. l. respexit. Cf. deinde Aristot. probl. 4, 18 p. 878 b 27 συγγενικαὶ τρίχες; Dionys. Hal. A. R. 2 10; Plut. Pericl. 22 συγγενικὰ νοσήματα.

Titulus: Ditt. Orient. Inscr. 470, 20 συγγενικοῖς . . στεφάνοις κεκοσμῆσθαι aetatis Augusteae est.

[Demosthenes] 25, 89 συγγενικῶς καὶ φιλανθρώπως οἰκεῖτε τὴν πόλιν notionem familiaritatis subesse vult, quam Aristoteles quoque posterioresque exhibent.

A I 1 c.

Transeo ad ea vocabula quae ante Epicurum occurrunt et apud poetas, plerumque eos, qui fines sermonis cotidiani vix excedunt, et apud nonnullos scriptores non probe Atticos.

Huius generis haec habeo exempla:

Ἁδρότης 31, 16 ἀσύμβλητον αὐτὸν (scil. τὸν λόγον) πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ἁδρότητα λήψεσθαι].

Hom. Π 857 ψυχὴ δ'ἐκ ῥεθέων πταμένη Ἀιδόσδε βεβήκειν ... λιποῦσ'ἀδρότητα καὶ ἥβην; Ω 6 Πατρόκλου ποθέων ἀδρότητά τε καὶ μένος ἠύ. Quid de Aristarchi lectione ἀνδρότητα iudicandum sit, nemo est quin sciat. Significat autem ἁδρότης *maturitatem* (cf. Her. 1, 17 ἁδροὶ καρποί; Arist. Metaph. 4, 7 p. 1017 b 8 σῖτος μήπω ἁδρός; de pueris Plat. Polit. 5, 466 E, — ἁδρότης frugum Theophr. H. Pl. 4, 12, 1), deinde omnia, quae vastitate quadam et robore praedita sunt (cf. Alexidem 3,461 M = 170 K ἰχθὺς ἁδρός), unde Epicuri notio translata: *vis, gravitas.*

In NTo Paul. ep. ad Cor. II 8, 20 i. q. copia.

Apud Aeschylum primum leguntur haec:

Νεάζω 59, 8 φιλοσοφητέον .. τῷ νέῳ ὅπως γηράσκων νεάζῃ τοῖς ἀγαθοῖς.]

Cf. Aesch. Ag. *761 φιλεῖ δὲ τίκτειν ὕβρις μὲν παλαιὰ νεάζουσαν ἐν κακοῖς βροτῶν, Suppl.* 111 — Soph. Trach. 144 νεάζων καὶ χρόνῳ μείων γεγώς — Eur. Phoen. 714. [Anacr.] 37, 5 φρένας νεάζει.

Sermonis communis deinde factum esse verbum docent hi loci: Menand. 4, 276 M = 749 K — Aristot. de plantis 1, 1. p. 815 a 33 — Philonis aliorumque.

Πίστωμα 81, 5 τὸ βεβαιότατον — ἔχοντες].

Raro id quidem vocabulum legitur: Aesch. Pers. 174; Cho.

975; Eum. 214 (semper in plurali numero); Empedocl. frg. 5 ὡς δὲ παρ' ἡμετέρης κέλεται πιστώματα Μούσης.

In recentiore sermone: Aristot. Rhet. 1, 15 p. 1376 a 17 — in litteris Iudaicis bis: in Talmud cf. Sam. Krauss, Griech. und lat. Lehnwörter im Talmud, Berol. 1898/9, II p. 469, in Midrasch cf. Fuerst, Gloss. graeco-hebr. I p. 175.

Euripides haec duo verba primus praebet:

1. Καρπίζομαι 61, 17 ὁ σοφὸς.. χρόνον οὐ τὸν μήκιστον, ἀλλὰ τὸν ἥδιστον καρπίζεται.] Verbum a probae Atthidis studiosis spretum tuetur Antiatticista in Bekk. Anecd. p. 104, 5 καρπίσασθαι ἀντὶ τοῦ καρπώσασθαι. Exstat autem Eur. Hel. 1328*, Bacch. 401*, active = *fecundare*, unde notio generis medii, quae est *fructum percipere*, facile derivatur: sic Theophr. H. Pl. 8, 9, 1 — Theopompus apud Athenaeum VI 261 a — in V T Iob 5, 11 (A R); Prov. 8, 19 — neque ea voce abstinuit Hyperides frg. 119 Blass[3]. Cf. Hermog. III p. 382 W ἴδιον δὲ Ὑπερείδου τὸ.. ταῖς λέξεσιν ἀφειδέστερόν πως καὶ ἀμελέστερον χρῆσθαι..

Accedunt permulti tituli (v. Ditt. syll. indicem s. v.) et papyri: pap. Berol. I 101, 7; 179, 15; pap. Rain. I, 27, 27; pap. Ox. II 174, aliae.

In ore Graecorum nostrae quoque aetatis est.

2. Παρα-ζεύγνυμι 116, 7 (φύσεις) ἑτέραις παραζυγεῖσαι]. Similiter Eur. Ion. 22 κείνῳ γὰρ ἡ Διὸς κούρη φρουρὼ παραζεύξασα φύλακε σώματος; idem frg. 520 εἰ παραζεύξειέ τις χρηστῷ πονηρὸν λέκτρον et frg. 1055, 2 de conubio adhibuit.

Deinde verbum apud [Demosth.] prooem. 55 — apud LXX interpretes Iud. 10, 18, alios exstat.

In Alexidis fragmento (3, 477 M = 205 K) primum occurrit ἀσχολέομαι: ἐπειδὰν ἀσχολουμένους λάβω. Similiter Epicurus 162, 7 = Stud. Vind. X 192, 14 ὁ δὲ βίος μελλησμῷ παραπόλλυται καὶ εἷς ἕκαστος ἡμῶν ἀσχολούμενος ἀποθνήσκει [1]).

Cf. etiam Menand. 4, 315 M = 999 K med., Philem. 4, 66 M = 220 K act. — Aristot. Polit. 8, 3 p. 1338 a 4, alibi, active, Eth. Nic. 11, 7 p. 1177 b 4 med. ἀσχολούμεθα, ἵνα σχολάζωμεν — Polyb. 8, 5, 5 ἀσχολεῖσθαι ἐκ τοῦ καιροῦ *improvisis laboribus occupari* — Diodorus — Iosephus — permulti alii usque ad hunc diem. — In papyris: pap.

[1]) Nordenus me monuit et in hac sententia (ἕκαστος ἡμῶν ἀσχολούμενος) et in sequenti (s. v. ἀλυπία) vestigia trimetri iambici inesse, qua ex re recte conicit esse aliquam rationem inter Epicurum et illius aetatis comicos.

Paris. p. 320, 25, pap. Berol. II 665II 8, saepe οἱ ἀσχολούμενοι significat „*Die Beamten*", ut pap. Ox. I 44, 7. 23 (I saec. a. C.) pap. Greek Br. Mus. 299, alibi.

Ἀλυπία 325, 32 τὸ εὔδαιμον ... οὐ χρημάτων πλῆθος ... ἀλλ' ἀλυπία]

Primum in poesi legitur in fragmento Menandri (4, 238 M = 549 K) μηδέποτε τὴν ἀλυπίαν | αἰτοῦ παρὰ θεῶν, deinde in Menandri quae vocantur monostichis 318 ἀλυπία δ' ὅρμος βίου (cf. Epicuri locum allatum).

In sermone pedestri inde ab Aristotele Rhet. 1, 7 p. 1365 b 13 rarum est.

Apud Theophrastum (H. Pl. 2, 4, 2) valet idem atque ἀβλάβεια.

A I 2 a.

Maior est copia eorum vocabulorum, quae ut a poetis vitantur, ita in Ionum aliorumque pedestri occurrunt sermone. Haec ita disposui, ut primum ea tractarentur, quae ante Epicurum apud Iones tantum leguntur, deinde ea, quae etiam apud alios non probae Atthidis auctores, Aristotelem praecipue, exstant. Atque cum id maxime agam, ut communis sermo melius perspiciatur, ea ex tanto numero copiosius explicabo, quae aliqua de causa a κοινῇ non aliena sunt, brevius ea, quae vel nusquam apud posteriores occurrunt vel ita, ut in usu doctorum quorundam mansisse videantur.

α.

Apud Iones solos occurrunt:

Ἀταραξία notissima Epicuri ethicorum vox num iam ante hunc in usu fuerit, pro certo non habeo.

Occurrit enim, si Iones respicimus, primum in Praeceptis [1]), quae quamquam Hippocrati tributa sunt, tamen auctoris recentioris videntur esse (cf. Littrei praefationem IX p. 246 sq.) vel interpolatorum fraude corrupta (cf. eundem p. 252 ann. 5). Equidem e nonnullis eius libelli locis mihi persuasi Praecepta Hippocratica post Epicurum ita conscripta esse, ut is, qui illum librum edidit, veteri doctrinae nova quaedam admisceret.

Vocabula enim ἀταραξία, περίστασις (translate), κατεργασία, χορηγία transl., περίπτωσις, quae in ceteris corporis Hippocratici libris non leguntur, sed inde ab Aristotele demum vel Epicuro, in Prae-

1) V 270, 13 L νούσου ἀταραξίη μῆκος σημαίνει Littreus iure coniecit ἀταξίη.

Praeceptis illis occurrunt. Quin etiam tota sententia p. 252, 6 sq. cum Epicuri quodam loco paene ad verbum consentit.

Deinde ἀταραξία in epistula spuria Hippocratis ad Damagetum legitur, quam ut ceteras rhetorum scholam sapere omnes sciunt.

Vocabulum alibi quoque exstat: in pap. Parisina magica 685 (Wessely p. 62), Maccab. 4, 8, 26, apud Clementem Alexandrinum, Epictetum, alios, et in lingua neograeca.

Ἐκχώρησις 74, 13 ἡ ἐκ τῆς ἡσυχίας καὶ ἐκχωρήσεως (ἐγχωρήσεως Diogenis L. codices BFPQ) τῶν πολλῶν ἀσφάλεια.

Quae vox legitur [Hippocr.] 8, 86 L ποιήσασθαι τὴν ἐκχώρησιν i. e. ἐκχωρεῖν, in titulo Smyrnaeo C. I. II 3394 b κατὰ τὴν γεγονυῖαν ἐκχώρησιν (= *cessionem*), apud Georgium Pachymerem.

† Ἐπινέμησις (40, 7 ἐπινέμησιν τοῦ πυρός) occurrit primum [Hipp.] Praec. 8 IX 262 (sed cf. supra s. v. ἀταραξία) ἄκεσις γὰρ καὶ ἐπίτασις νοσέοντος ἐπινέμησιν ἰητρικὴν κέχρηνται (vulgo κέκτηνται), raro praeterea in litteris, e. g. Plut. Lys. 12, frequenter in papyris = *indictio* Cf. pap. Ox. I 126 ann. 10: *„which is most infrequent in literary writers, is almost as common as* ἰνδικτίων *in the Oxyrhynchos Papyri.“*

Legi etiam pap. Rain. I 95, 5.

Εὐστάθεια Epicuri propium. Cf. 283, 27 τὴν τῆς σαρκὸς εὐστάθειαν.

Quae vox ab Atticistis improbata ut Ionum fuit (Hippocratis), ita in communem sermonem recepta est: VT Sap. Sal. 6, 26, alibi in VTo, apud Philonem, Iamblich. v. Pyth. p. 134, 18 N.

Accedunt quattuor tituli:

Ditt. Orient. Inscr. 244, 15 τοῦ σώματος (aetatis Antiochi III), 669, 4 τὴν Αἴγυπτον ἐν εὐσταθείᾳ διάγουσαν, 45 τὴν Αἴγυπτον ἐν εὐσταθείᾳ διαμένειν (primi p. C. saeculi); Ditt. syll. 737, 15 (II vel III saec. p. C.) CI II 2071, 10 saepe τῆς πόλεως (tit. Olbiopolit.).

† Λαμπηδών 45, 8 λαμπηδόνα ταύτην i. e. *fulgur*.

Hippocr. Coac. Praen. 214 V 632 L τῶν ὀμμάτων — Diodor. 3, 37, 9 — Plut. Aem. Paul. 18 — Aquil. interpret. VT Es. 58, 11. Apud Libanium t. II 591, 22 in editione Reiskiana falso λαμπηδόνος pro λαμπάδος legitur. Cf. Foersterum ad. t. IV 7, 20. pap. Parisina mag. 531 τῆς ἀθανάτου λαμπηδόνος (cf. Wessely p. 58).

Λίπασμα Epicuro vitio vertit Cleomedes (Us. Ep. 89, 22) suo ille quidem iure. Vocabulum autem legitur et apud Hippocratem de alimento 16, IX 104 et in VTo Nehem. 8, 10 φάγετε λιπάσματα, alibi quoque; nota etiam Maneth. 4, 345.

Ὁμορέω † 51, 5 τὰ ὁμοροῦντα τοῦ ἀέρος; 81, 3 τὸ θαρρεῖν ἐκ τῶν ὁμορούντων παρασκευάσασθαι] Her. 2, 33; 7, 123; 8, 47 (ὁμουρέω). VT Ezech. 16, 26. Chron. 1, 12, 40. Ierem. 27, 40 — Strabo — Diodorus — Plutarchus — alii.

Titulorum exempla: Ditt. Orient. Inscr. 199, 32 τὰ ἔθνη τὰ ὁμοροῦντα τῇ ἐμῇ γῇ (tit. Adulit. I saec. p. C.) 221, 22. 31 (tit. Ilii inventus, aetatis Antiochi I); Ditt. syll. 614, 16 = Collitz-Bechtel, gr. Dial. III 3705 (tit. Dor. Coi insulae).

